

# **Constitviones Et Declarationes Examinis Generalis Societatis Iesv**

**Romae, 1570**

De \* Alio Examine' A Scholasticis accommodo, ac in primis antequàm in  
Scholasticos admittantur. Cap. VII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68423](#)

qui commune bonum debet intueri, cùm eorum opera ad maius Dei obsequium se non iuuari, sed contrà potius accidere cerneret; eos dimittere, & à sua congregazione separate potest; & tunc illi omnino liberi, nulloque voto obstricti remanent.

In Cap. VII.

DE \* ALIO EXAMINE' A

Scholaisticis accommodo, ac  
in primis antequàm in Scho-  
lasticos admittantur.

Cap. VII.

A § I Hoc, &  
superi-  
us examen non so-  
lum ijs, qui tunc  
primum ad studia  
mittuntur, verùm  
etiam illis, qui in  
eis progrediuntur,  
cùm ad domos ve-  
niunt, vt aliò mit-  
tatur, proponitur.

CVM experimentis & proba-  
tionibus prædictis absolutis,  
Scholaстиci conuenire sibi iu-  
dicarent studendi gratia in Colle-  
gijs, vel Domibus Societatis, vt  
in eis in Domino substantentur,  
litteris operā dare: si Societas,  
vel eius Superior contētus etiam  
fuerit; antequàm ad studia se conferant, vel dum in  
eisdem manebunt, ob suum maius meritum ac sta-  
bilitatem vota simplicia Paupertatis, Castitatis, &  
Obedientiæ, ac promissionem, quòd studijs absolu-  
tis in Societatem ingredientur, Deo ac Domino no-  
stro facient. Sic autem intelligendus est huiusmodi  
ingressus, vt professionem vel vota Coadiutorum  
formatorum (si Societas eos admittere volet) emit-  
tant; & exinde Scholaстиci approbatı Societatis cé-  
sean.

- seantur. Libera tamen manebit Societas, nec tenetur ad eos admittendos ad professionem, nec in Coadiutores formatos, si studiorum tempore male se gererent, adeo, ut Superior Societatis existimat Deo gratum non fore, si in eam admitterentur; & tunc ipsi etiam suis votis soluti erunt.
- 2 Si quando studiorum tempore, qui maiorem ad ea propensionem animi præ se tulerunt, quam ad aliud in Societate ministerium; ostenderent, ac certum indicium præberent, vnde Societas, vel eius Superior in Domino sentiat eos idoneos non esse, ut in eruditos viros euadant, eo quod ingenio, vel sanitate corporis deſtituantur, vel alijs defectibus laborent; interrogentur, An patienter se dimitti a Societate, dum ab omni voto ac promiffione liberi manent, fint laturi.
- 3 Qui ad studia litterarum idoneus inuenietur, interrogetur, An velit se duci finere circa ea, quibus studere debeat, ac studiorum modum & tempus, iuxta quod Societati, vel eius Præposito, aut Collegij, ubi datus est litteris operam, Superiori videbitur.
- 4 An contentus futurus sit eodem, atque alij, modo ibi agere, nullisque priuilegijs aut prærogatiuis minimum omnium, qui in Collegio fuerit, anteire; omnem sui curam Superiori Collegij relinquendo.
- 5 An statuerit omnino apud se, studijs absolutis, ac probationibus peractis, Societatem ad viuendum in ea, & moriendum, ingredi, ad maiore Dei gloriā.

6 Sic

Sic examinatus, & instructus se accingere incipiet,<sup>6</sup>  
 vt ad studia se conferat, vel ea prosequatur, paratus  
 interim in eisdem studijs, alijs experimentis & pro-  
 bationibus varijs exerceri, quibus si non fuerit pro-  
 pter causas aliquas legitimas, ac fine aliquo bono  
 præ oculis habito, antequam ad studia mittatur,  
 perfundus; eis confectis, omnia experimenta &  
 probationes superius declaratas subibit.

PRO SCHOLASTICIS,  
 qui studia iam absoluerunt.

SCHOLASTICI studijs iam confectis, ante-<sup>7</sup>  
 quam in Societatem, uel eius Domos ingredian-  
 tur, ut in eadem ad omnimodam Obedientiam, ac  
 communem uiuendi in Domino modū admittan-  
 tur, generatim interrogandi sunt, An firmi in sua  
 deliberatione, & uotis ac promissione Deo oblatis  
 antequam ad studia se conferent, vel in eisdem, si  
 quidem admissi primò fuerint in Collegijs, perma-  
 neant.

Interrogentur etiā, & eximentur particulatim <sup>8</sup>  
 eisdē interrogationibus & examine, quo priusquam  
 ad studia mitterentur, interrogati fuerunt: ut Superi-  
 oribus memoria ac notitia eorū renouetur, ac me-  
 lius pleniusque stabilitas, & constantia, vel etiam  
 mutatio, si aliqua accidisset in rebus primò  
 interrogatis & affirmatis, cognoscatur.

DE ALIO